233 413.

JO. BENEDICTUS CARPZOV,

SS. Th. D. ejuſdemqve Prof. Publ. & Paſtor
in Academia & Eccleſia Lipſienſi,

*VIRO MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO
ET EXCELLENTISSIMO,*

DN. SAMUELI SCHELGWIGIO,

SS. Th. Doctori ejuſdemqve Profeſſori Publico celeberrimo, Gymnaſii Dantiſcani Rectori graviſſimo, atqve ad SS. Trinitatis ædem Paſtori vigilantiſſimo,

Amico, Fautori, & in Chriſto Fratri honoratiſſimo,

DE HONORIBUS FILII,

JUVENIS PRÆCLARE DOCTI,

DN. JOHANNIS SCHELGWIGI,

Auditoris & Convictoris ſui ſvaviſſimi,

AB AMPLISSIMA FACULTATE PHILOSOPHICA

VII. Kalend. Januar. A. M DC XCIV.
ipſi collatis
ex animo gratulaturus

S. P. D.

LIPSIÆ,
Literis CHRISTIANI SCHOLVINII.

232

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-91927-p0001-8

MAgne Vir, excipies erecta fronte ſalutem;
Noſtra nec abſimili pectore verba leges.
Mulcebunt ſpes illa tuas: Votisqve paternis
Optatam reqviem deliciasqve ferent.
Scilicet egregios gnati ſpectabis honores,
Indolis obſeqvium calcar itemqve bonæ.
Gratantem lætus poſtqvam amplexabere vocem:
Filius en! merito gaudet honore tuus!
Accubuus Sophiæ delubris, dulce bonumqve
Credit & Euſebies poſſe vacare focis.
Non oleo parcens, operæ non oſor acutæ,
Invigilat junctis nocte dieqve ſacris.
Hinc proprio decori mores meditatur amœnos:
Hinc homines nitida ſimplicitate capit.

Indeqve fonticulos, tutamen & arma Sionis,
Et magna & pura ſedulitate colit.
Sic Patris & Patriæ ſolamen & ampla voluptas,
Mergitur heic ſtudiis ſvavibus atqve piis.
Fallor an obliqva qvisqvam formidine contra
Muſſitat, & Patriam vult temerare fidem?
Sirenum, cum voce, greges, ignesqve juventæ
Objicit, & trepida voce relata legit?
Scilicet hic Patris eſt animus: Jam ſperat, & idem
Mox ruit in dubium peſſima qvæqve timens.
Sæpeqve non auras umbrasve timemus inertes,
Cum ſit monſtrorum dives in orbe ſeges.
Fluctuat huc illuc merito pia cura Parentum,
Atqve timet, qvondam ne timuiſſe velit.
Pone tamen fluctus, felix Pater, atqve ſerena
Fronte vide gnatum, ut pingit amica manus.
Nam, Tibi qvæ probitas, ad noſtros usqve penates
Et Muſas gnato creditur iſſe comes.
Sic Patriis animum ſtudiis & moribus implens,
Sirenum ſurda percipit aure chorum.
Litera hypocritico ridetur ſcripta colore,
Nec Pietas fidei diſparis illa placet.

Qvid

Quid magis expectas? Titulo cluit, ecce! Magiſtri,
Sic doctæ Philyræ carpit amoris opes.
Sunt iſti pretium ſtudii, ſint calcar, honores,
Si modo fas, Patrios exſuperare gradus!
Plura Tibi certo tua ſpes & tempora dicent;
Jam Tibi grateris fortiter, atqve VALE.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-91927-p0004-5

233

443.

JO. BENEDICTUS CARPZOV,
SS. Th. D. ejusdemqve Prof. Publ. & Paſtor
in Academia & Eccleſia Lipſienſi,

VIRO MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO
ET EXCELLENTISSIMO,

DN. SA ... LI
SCHEL ...

SS. Th. Doctori ejusden ... ico cele-
berrimo, Gymnaſii Dant ... atqve
ad SS. Trinit ...
P ...

Amico, Fautori ... atri
hono ...

DE HON ...
JUVENIS PR ... I,

DN. JO ... IS
SCHEL ...

Auditoris & Con ...
AB AMPLISSI ... TE
PHILO ...
VII. Kalend. Jan ...
ex ani ...

S.

LI ...
Literis CHRIST ...

232